

Philosophiarum

Folio 23.

... de anima ...  
... materia ...  
... f. 67

et sic maior est vera scz quecumq; sunt eadem vni tercio singulari sunt eadem inter se

**Ar.** Aliquod est totum cuius partes non sunt. ergo non esse totum erit idem cum suis partibus. An recedens patet de tempore. Dicendum q; eodem modo quo totum est oportet tempus pres eius esse. Est em aliquod totum simplr permanens. quod scz non recipit aliquam mutationem in subsistentia. sicut sunt corpora celestia. et in illis etiam partes non habent successionem. Aliud est totum quod est simpliciter successiuus. sicut est tempus. et hoc habet partes omnino successiuas. quia tempus dicitur esse eo q; vna ps succedit alteri. Aliud est totum qd se habet medio modo. quod scz manet fm pres formales. sed no fm partes materiales. sicut patet in viuentibus phisice siue aiatis. q; in illis p continuu nutrimentu pereit partes materiales. z restauant p nutrimentem. sed manet sp eedē pres formales. vt pr; in pmo de generatione.

**Querit.** Utrum indiuisibile possit esse quale vel quantum. Dicendum q; indiuisibile capitur tripliciter. vno modo pro indiuisibili continuate et sic indiuisibile dicitur continuu actu non diuisus. Alio modo accipitur in diuisibile pro indiuisibili ratione. fm q; aliqua forma dicitur indiuisibilis. sicut species specialissima. Tertio modo capitur indiuisibile p indiuisibili simpliciter. sicut est punctu quod nullo modo e diuisibile. Et hoc est duplex. quia aliquod est indiuisibile puaritue et in genere. quia scz est de genere quantitatis. z sic punctum et vnitas dicuntur indiuisibilia. Aliud est indiuisibile ne gatur z extra genus. z sic forme immateriales dicuntur indiuisibiles sicut substantie separate. Istis premissis dicendum est q; si indiuisibile accipiat primo z secundo modo. tunc indiuisibile est quantum z quale. differēter tamen. quia indiuisibile primo modo est quantum essentialiter. quia est inter quantitas. sicut patet de continuo. sed indiuisibile secundo modo est quantum accidentaliter. quia quantitas est in eo sicut accidens in subiecto. vt patet de homine qui est quantum accidentaliter. Et ista indiuisibilia etiam sunt qualia. sed differēter. q; indiuisibile primo modo est quale sicut subiectu quo. quia qntitas est subiectum quo qntitas. sed indiuisibile secundo modo est qle sicut subiectus quod. Sed si accipiat indiuisibile tercio modo. et puaritue pro indiuisibili in genere quod idem est. sic indiuisibile nec est quale nec quantum. sicut patet de puncto qd no est quantum. q; de rōne qntitatis est habere partē extra partē. vt patet ex definitionib; qntitatis continue z discrete. sed hoc indiuisibile no habet partes. ergo non est quantum. Nec qle. q; qualitas rei materialis presupponit quantitate. sed quia indiuisibile tale non habet quantitate. ergo nec qualitate. q; qualitas materialis in quantitate fundatur. z sic loquitur Aristoteles in tertio de tali indiuisibili cu dicit. q; nec est quale nec quantum. Si aut accipiat indiuisibile negatiue z extra genus. sic indiuisibile non est quantum. q; non habet materia q est principiu qntitatis. Et tamen hoc indiuisibile est quale. non qdem qualitate materialis. sed spualit. quia in substantijs separatis sunt ista accidentia spualia. intellectus. volūtas. sciētia. z species intellectibiles. z sic de alijs. Quia autem sic necesse ista accidentia esse in eis sic patet. quia ille substantie separe opantur. cum non sint ociose et nihil circa primu operatur p suam essentiam. oportet ergo q; opentur p potentia aliqua supradictam. z q; potentia non procedit ad actū abls spē obie

cti. ergo necesse est in potētis esse spēm intelligibile. Ita aut de deo dicta non addit aliqua qntitatem. sed sunt essentia diuina que est simplicissima

**Ar.** Substantie spuales dicunt esse magne. sicut patet de deo. ergo videtur q; sint quare. Dicendum q; duplex est quantitas. vna est quantitas molis. i. quantitas dimēsiua. Alia est quantitas perfectionis siue virtutis. forme autem substantiales vt est anima. z etiaz substantie separate sunt quantē quantitate pfectionis et virtutis que sumitur fm gradus pfectionis rei fm q; dicit Augustinus in his que non mole magna sunt idem est e maius quod melius. sed nullo modo sunt quare quantitate molis qua aliquid est diuisibile. Et quado dicitur quantitas molis est forma. sed omnis forma est indiuisibilis vt dicit Gilbertus. ergo fm ipsam no poterit aliquid esse diuisibile. Dicendum q; quantitas molis accipitur dupliciter vno modo fm rationem forme specificę. z sic habet indiuisibilitatem. q; fm q; forma est sic habet vnitatem specificam. oportet em essentiam forme consistere in indiuisibili. Alio modo accipitur quantitas fm q; comparatur ad partes que sunt in ipsa potentialiter. z sic est diuisibilis. z isto modo non cōtinetur sub definitione forme definite. quas ponit Gilbertus Porzitanus.

**Ar.** Substantie separe sunt indiuisibiles z sunt quales. ergo indiuisibile erit quale. Dicendum q; indiuisibilia possunt esse qia qualitate spuali. sed no corporalit. quia substantie separe no pnt esse alte nec nigre et de tali qlitate loquitur Aristoteles. quia loquitur contra antiquos dicentes. fm quantitate molis esse infinitu in ente et p cōsequens qualitate z quantitate corporale

**Ar.** Continuus fm qualibet partē suam est quale sed punctu est pars continuu. ergo erit quale. Dicendum q; duplex sunt partes in continuo. scilicet integrantes. z sic est veru q; continuu sit quale fm qualibet partē eius. quia si partes totus sit albus necesse est qualibet partem partem esse albam. Alie sunt partes definitiue. z sic punctum dicitur pars linee. q; ponitur in ratione linee. z sic non est necesse qualibet partem continuu esse qlem. quia talis pars non habet quantitate nisi virtualiter z quasi pncipiatue quare etiam non erit quale. eo q; qualitas pūpponit quantitate.

**Queritur.** Utrum ista ppositio sit vera tū vnum est. Dicendum q; in ista questione primo distinguendum est de vno. quia vnum accipitur dupliciter. vno modo transcendentē prout cōuertitur z identificat cum ente. z sic omne ens dicit vnu. Alio modo capitur vnum fm q; est principiu quantitatis discrete. z sic reductiue est in predicamento quantitatis. Et ratio istius diuisionis est. quia vnum consistit in indiuisione. dicitur em vnum quali indiuisum. fm ergo modum diuisionis oportet accipere modum indiuisionis z vnus. quia tot modis dicitur vnum oppositorum quorū modis z reliquū. Sed est duplex diuisio. quedam est diuisio formalis que fit p differēcias formalis oppositas. cuius origo est oppositio affirmationis z negationis. et sicut differētie nihil supaddunt rei cuius sunt differētie. ita tale vnu. z talis indiuisio que resultat ex vna differētia. Ita patet ordo inter ista tria que sunt ens diuisio z vnu q; pmi cadēs in nrm intellectum est ens. z secō cadit in nrm intellectus diuisio. quia nos cognoscimus composi